

CHRISTE
451.

LEONIS PAP.
12.

VALENTIN. 27. IMPF.
MARCIANI 2.

Et restituenda Republica: ad Gallias & Hispanias pergere se dolose denunciatur. Sed Imperatorem doli ejus minime latuerunt. Itaque quam celerrime Theodorici cum *Uvisgotthorum Regem per Aetium Patricium conveniens, in sua pacis favore pertraxit, atque cum eodem Patricio contra Atilam post vastatam fere omnem Galliam Aurelianos jam obsidentem direxit. Hæc ibi de fœdere Romanorum cum Gothis contra Attilam inito: quod per Avitum esse confectum, Sidonius (ut dictum est) in Panegyrico cecinit.

*Theodoridum.

XLVIII. (a) Apud Sur. die 17. Novemb. De obsidione Aurelianensis Civitatis.

Sed de obsidione Aurelianensis civitatis agamus ex Actis (a) S. Aniani ejus civitatis Episcopi, in quibus hæc descripta narratur: Cum Rex Atila Aurelianensem urbem vellet evertere; beatus Anianus, non quod carnem poneret brachium suum, aut hominum viribus confideret, sed ut officio suo non deesset, Arelatensem profectus est, ut Aetio Patricio, qui tunc in Galliis erat, barbaræ gentis crudelitatem explicaret. Cum autem iter ageret, ad Mamerti viri potentis ades diverit, qui gravissime decumbens spiritu & voce, omnique gradendi facultate destitutus, spem vivendi omnem suis ademisse videbatur. Ut autem præsenst uxor ejus, natione nobilissima, beatum Anianum advenisse; ad ejus se pedes adjecit, orans ut marito salus redderetur. Accedit vir Dei ad lectum ægrotantis, videt eum horas extremas ducere, procumbit ad preces, orat Dominum tota nocte cum lacrymis, donec mane ager pristina sanitati redditus est. Inde pergit Arelatensem, & ab Aetio humanissime exceptus, indicat quo in periculo versetur Aurelia: implorat ejus opem, quam Aetius libenter ac prolixè pollicetur. Redit ad cives suos, non parum tanti pastoris absentia merentes: erigit animos illorum multa consolatione: præparant illi omnia propulsando hosti oportuna. Hucusque ibi: reliqua desunt in codice. Sed his jungimus quæ sunt scripta a S. Gregorio Turonensi, qui hæc ex eisdem Actis accepit, atque (b):

(b) Greg. Turon. hist. Franc. l. 2.

XLIX. Atila Rex Chunorum a Metensi urbe egrediens, cum multas Galliarum civitates opprimeret, Aureliam aggreditur, eamque

Ann. Eccl. Tom. VIII.

que maximo arietum impulsu nititur expugnare. Erat eo tempore beatissimus Anianus supradictæ urbis Episcopus, vir eximia prudentiæ ac laudabilis sanctitatis, cujus virtutum gesta nobiscum fideliter retinentur. Cumque inclusi populi suo Pontifici, quid agerent, exclamarent: ille filius in Deo, monet omnes in oratione prosterni, atque cum lacrymis præsens semper in necessitatibus Domini auxilium implorare. Denique iis, ut præceperat, deprecantibus, ait sacerdos: Aspiciate de muro civitatis, si Dei misericordia jam succurrat. Suspicabatur enim per Dei misericordiam Aetium advenire, ad quem & Arelatensem abierat prius, suspensus futuri. Aspicientes autem de muro, neminem viderunt. Et ille: Orate, inquit, fideliter: Dominus liberabit vos hodie. Orantibus autem illis, ait: Aspiciate iterum. Et cum aspexissent, neminem viderunt, qui ferret auxilium. Ait eis tertio: Si fideliter petitis, Deus velociter adest. At illi iterum fletu & ejulatu magno Domini misericordiam implorabant. Exalta quoque oratione, juxta senis imperium aspicientes denuo, viderunt de longe quasi nebulam de terra consurgere: quod cum renuntiarent, ait sacerdos: Domini auxilium est. Interea jam tremantibus ab ictu arietum muris, jamque ruituris: ecce Aetius & Theodoricus Gotorum Rex, ac Torismundus ejus filius cum exercitibus suis ad civitatem accurrunt, adversumque hostem reiciunt ac repellunt. Itaque liberata obtenta beatissimi civitate, Atilam fugant. Hæc Gregorius. Sidonius (c) vero, hostes non obsidisse tantum & oppugnasse, sed & irrupisse in civitatem tradit, non autem diripiisse, interrumpe repente no Aetii cum Gothis adventu: hæcque omnia precibus Aniani obtenta ait, atque vaticinio prædicta. Rursum Gregorius:

Civitas liberatur ab Atilæ directione.

(c) Sid. Apol. l. 8. p. 25.

His diebus Romam sonus adit, Aetium maximo discrimine inter phalanges hostium laborare. Quo audito, uxor ejus anxiosa atque mesta assidue basilicam sanctorum Apostolorum adibat; atque ut virum suum de hac expectatione suscipere sospitem precabatur. Quæ cum diu noctuque hoc ageret: quadam nocte homo pauperculus crapulatus a vino, in angulo basilicæ beati Petri obdormivit. Clausis vero ex more

L. Uxor Aetii laborat precibus in Basilica Apostolorum.

L 2 ostiis

RAGIUS

rum fœderatos bellum adversus Gothos gessisse: Bellum adversus Gothos Chunis auxiliantibus geritur. Quare ad illum annum referendum quod Turonensis de urbe Vafateni narrat, non vero ad annum CDXXXIX. ut perperam ab aliquibus factum. Verum quidem est, Prosperum ad Consulatum Theodosii XVII. & Fausti, seu annum Christi CDXXXVIII. scribere: Adversum Gothos in Gallia quadam prospere gesta; sed cum ibi nulla Hunnorum mentio fiat, ad

eum annum Vafatenis clades referri non potest. A num. XLIX. ad LV. Gesta hoc anno in Galliis ab Atila nullus accuratius descripsit, quam Jornandes lib. de Reb. Get. cap. 36. & fegq. Narrat is Attilam Legatos ad Valentianum Imp. misisse, ut discordias Romanos inter & Gothos fereret, & parte alia Theodoricum Visigothorum Regem, qui Tolose regnabat, ad suas partes pertrahere variis artibus conatum esse; sed Legatos Valentianis ad eundem Theo-

XVIII. Adversus Attilam pro Romanis multi populi pugnavant.